

**MASS PROPER: SUNDAY WITHIN THE OCTAVE OF CHRISTMAS,
12/28 HOLY INNOCENTS**

MASS *Dum médium* (white)

INTROIT Wisdom 18: 14-15

Dum médium siléntium tenérent
ómnia, et nox in suo cursu médium
iter habéret, omnípotens sermo tuus,
Dómine, de cælis, a regálibus sédibus
venit. (Ps. 92: 1) Dóminus regnávit,
decórem indútus est: indútus est
Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se.
Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto,
sicut erat in princípío, et nunc, et
semper, et in sæcula sæculórum.
Amen. Dum médium siléntium
tenérent ómnia, et nox in suo cursu
médium iter habéret, omnípotens
sermo tuus, Dómine, de cælis, a
regálibus sédibus venit.

COLLECT

Omnípotens sempitérne Deus, dírige
actus nostros in beneplácito tuo: ut in
nómine dilécti Fílii tui mereámur bonis
opéribus. Per Dóminum nostrum
Jesum Christum, Fílium tuum, qui
tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus
Sancti, Deus, per ómnia sæcula
sæculórum.

(For Holy Innocents)

Deus, cujus hodiérna die præcónium
Innocentes Mártyres non loquéndo,
sed moriéndo conféssi sunt: ómnia in
nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem
tuam, quam lingua nostra lóquitur,
étiam móribus vita fateátur. Per
Dóminum nostrum Jesum Christum,
Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat
in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per
ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Galatians 4: 1-7

Fratres: Quanto témpore heres
párvulus est, nihil differt a servo, cum
sit dóminus ómnium: sed sub tutóribus

While all things were in quiet silence,
and the night was in the midst of her
course, Thine almighty Word, O Lord,
leaped down from heaven from Thy
royal throne. (Ps. 92: 1) The Lord hath
reigned, He is clothed with beauty: the
Lord is clothed with strength, and hath
girded Himself. Glory be to the Father
and to the Son and to the Holy Spirit,
as it was in the beginning, is now and
ever shall be, world without end.
Amen. While all things were in quiet
silence, and the night was in the midst
of her course, Thine almighty Word, O
Lord, leaped down from heaven from
Thy royal throne.

Almighty and everlasting God, direct
our actions according to Thy good
pleasure that in the Name of Thy
beloved Son we may deserve to
abound in good works: Who lives and
reigns with Thee in the unity of the
Holy Spirit, God, forever and ever.

O God, Whose praise the martyred
Innocents did this day proclaim, not by
speaking, but by dying, destroy in us
all the malice of sinfulness, that our
lives may also proclaim Thy faith,
which our tongues profess. Through
our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who
lives and reigns with Thee in the unity
of the Holy Spirit, God, forever and
ever.

Brethren, As long as the heir is a child,
he differs nothing from a servant,
though he be lord of all: but is under

et actóribus est usque ad præfinitum tempus a patre: ita et nos, cum essémus párvuli, sub eleméntis mundi erámus serviéntes. At ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus. Quóniam autem estis fílii, misit Deus Spíritum Fílii sui in corda vestra, clamántem: Abba, Pater. Itaque jam non est servus, sed fílius, quod si fílius: et heres per Deum.

GRADUAL Psalms 44: 3, 2

Speciósus forma præ filiis hóminum: diffúsa est grátia in lábiis tuis. Eructávit cor meum verbum bonum; dico ego ópera mea Regi: lingua mea cálamus scribæ velóciter scribéntis.

LESSER ALLELUIA Psalms 92: 1

Allelúja, allelúja. Dóminus regnávit, decórem induit: índuit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte. Allelúja.

GOSPEL Luke 2: 33-40

In illo témpore: Erat Joseph, et Maria mater Jesu, mirántes super his quæ dicebántur de illo. Et benedíxit illis Símeon, et dixit ad Maríam matrem ejus: Ecce pósito est hic in ruínam et in resurrecciónem multórum in Israël: et in signum cui contradicétur: et tuam ipsíus ánimam pertransíbit gládus ut reveléntur ex multis córdibus cogitatiónes. Et erat Anna prophetíssa, fília Phánuel, de tribu Aser, hæc procésserat in diébus multis, et víxerat cum viro suo annis septem a virginitáte sua. Et hæc vídua usque ad annos octogínta quátuor: quæ non discedébat de templo, jejúniis et obsecratióibus sérvians nocte ac die. Et hæc, ipsa hora

tutors and governors until the time appointed by the father: so we also, when we were children, were serving under the elements of the world. But when the fullness of the time was come, God sent His Son, made of a woman, made under the law, that He might redeem them who were under the law, that we might receive the adoption of sons. And because you are sons, God hath sent the Spirit of His Son into your hearts, crying: Abba, Father. Therefore now he is not a servant, but a son, and if a son, an heir also through God.

Thou art beautiful above the sons of men: grace is poured abroad in Thy lips. My heart hath uttered a good word, I speak my words to the king: my tongue is the pen of a scrivener, that writes swiftly.

Alleluia, alleluia. The Lord hath reigned, He is clothed with beauty: the Lord is clothed with strength, and hath girded Himself with might. Alleluia.

At that time Joseph and Mary, the mother of Jesus, were wondering at those things which were spoken concerning Him, And Simeon blessed them, and said to Mary His Mother: Behold this child is set for the fall and for the resurrection of many in Israel: and for a sign which shall be contradicted: and thine own soul a sword shall pierce, that out of many hearts thoughts may be revealed. And there was one Anna a prophetess, the daughter of Phanuel, of the tribe of Aser. She was far advanced in years, and had lived with her husband seven years from her virginity. And she was a widow until fourscore and four years: who departed not from the temple, by

superveniens, confitebatur Domino, et loquebatur de illo omnibus, qui exspectabant redemptionem Israel. Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galilaeam, in civitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, et confortabatur, plenus sapientia: et gratia Dei erat in illo.

OFFERTORY Psalms 92: 1, 2

Deus firmavit orbem terrae, qui non commovebitur: parata sedes tua, Deus, ex tunc, a saeculo tu es.

SECRET

Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut oculis tuae majestatis munus oblatum et gratiam nobis pie devotionis obtineat, et effectum beatæ perennitatis acquirat. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

(For Holy Innocents)

Sanctorum tuorum, Domine, nobis pia non desit oratio: quæ et munera nostra conciliet, et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

PREFACE OF THE NATIVITY

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Quia per incarnati Verbi mysterium, nova mentis nostræ oculis lux tuæ claritatis infulsit: ut dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in invisibilem amorem rapiamur. Et ideo cum

fastings and prayers serving night and day. Now she, at the same hour, coming in, confessed to the Lord: and spoke of Him to all that looked for the redemption of Israel. And after they had performed all things according to the law of the Lord, they returned into Galilee, to the city of Nazareth. And the Child grew and waxed strong, full of wisdom: and the grace of God was in Him.

God hath established the world, which shall not be moved: Thy throne, O God, is prepared from of old; Thou art from everlasting.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that the offering made in the sight of Thy Majesty may obtain for us the grace of loving devotion, and the reward of a blessed eternity. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Let not the gracious prayer of Thy saints fail us, O Lord, both to render our offerings acceptable to Thee and ever to obtain Thy pardon for us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: for through the Mystery of the word made flesh, the new light of Thy glory hath shone upon the eyes of our mind, so that while we acknowledge God in visible

Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatióibus, cumque omni millíta cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNICANTES FOR CHRISTMAS

Communicántes, et noctem sacratíssimam celebrántes, quo beátæ Maríæ intemeráta virgíntas huic mundo édídít Salvatórem: sed et memóriam venerántes, in primis ejúsdem gloriósæ semper Vírginis Maríæ, Genetrícis ejúsdem Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártýrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsq;ue concédas, ut in ómnibus protectiúnis tuæ muniámur auxilió. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

COMMUNION Matthew 2: 20

Tolle púerum, et matrem ejus, et vade in terram Israél: defúncti sunt enim, qui quærébant ánimam púeri.

POSTCOMMUNION

Per hujus, Dómine, operatióem mystérii et vítia nostra purgéntur, et justa desidéria compleántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(For Holy Innocents)

Votíva, Dómine, dona percépimus: quæ Sanctórum nobis précibus et

form, we may through Him be drawn to the love of things invisible. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dóminations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Communicating, and keeping this most holy night, in which the spotless virginity of blessed Mary brought forth a Savior to this world; and also reverencing the memory of the same glorious Mary, ever Virgin Mother of the same our God and Lord Jesus Christ: as also of blessed Joseph, her Spouse, and of Thy blessed Apostles and Martyrs, Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus; Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy Saints, through whose merits and prayers grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

Take the Child and His Mother, and go into the land of Israel: for they are dead who sought the life of the Child.

By the working of this Mystery, O Lord, may our vices be cleansed, and our just desires fulfilled. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the votive gifts, O Lord, of which we have partaken, through the

præséntis, quæsumus, vitæ páriter et ætérnæ tríbue conférre subsidiúm. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

intercession of the Saints gain for us, we beseech Thee, help both for this life and life eternal. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.